
A. Varenius
(T. Thye.)
Diss. VI. illustr. locorum
Geneseos Ebraice.
Rost., 1643.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

1,–62.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00777 8

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

כעְ יהצור

עשור ו׳ קושיות בראשירת

id eſt

DECAS SEXTA
ILLUSTRISSIMORUM LOCORUM
GENESEOS EBRAICÆ

exhauriens

PHARASCHAM
Vajeze & Vajiſchlach.

Quàm

בעזרת הקבה

In illuſtrisſima Academia Varno-Baltica

PRÆSIDE

Clariſſimo & Excellentiſſimo Viro

Dn. M. AUGUSTO VARENIO,

SS. Liter. Hebr. Profeſs, ordinario, Præceptore
& Promotore ſuo, omni honoris cultu
ſuſpiciendo,

Publicæ diſquiſitioni exponit

THOMAS THETE,

Sleſvicenſis.

Illuſtriſſimi Cimbrorum Ducis Alumuus.

Habebitur in Auditorio majori ad d: 8: Aprilis
horis matutinis.

ROSTOCHI

è Typographéo Johannis Richelii, Sen: Typogr.

Anno cIↄ Iↄc XII·LX

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

Sereniſsimo, Celſiſsimoq; Principi

ac Domino

DN. FRIDERICO,

Hæredi Norwegiæ, Duci Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt.

Domino ſuo Clementiſsimo.

Magnus ille C. Svetonius Tranqvillus, inter alia memoriæ prodidit, Titum Cæſarem adeò fuiſſe liberalem in deſideriis hominum explendis, ut ne ullum qvidem ſine ſpe demitteret. Qvam ob cauſam admonentibus domeſticis, qvaſi plura polliceretur, qvàm præſtare poſſet: NON OPORTERE, ait, QVENQVAM A SERMONE PRINCIPIS TRISTEM DECEDERE, ſeu ut eſt apud Dionem: οὐδένα δεῖν συγνάζοντα τοῦ προσώπου ἀπαλλάττεσθαι τοῦ βασιλέως. Magnifica ſane & per humana vox & digna, tanto Cæſare! Qvod ipſum qvoq; de Adriano Cæſare fertur, qvi *permoleſtum ſibi eſſe* dixit, *ſi quem videret triſtem*. Sed non tàm verbo, qvàm ipſo opere ſymbolum hoc expreſſit Titus; Nam, neq; negavit qvicqvam petentibus, & ut, qvæ vellent, peterent, ipſe adhortatus eſt: & in rebus adverſis Reipubl. ac calamitoſis, non modò Principis ſolicitudinem, ſed & parentis affectum unicum præſtitit. Qvin etiam recordatus qvondam ſuper menſam, qvod nihil cuiqvam toto die præſtitiſſet, memorabilem illam meritòq; laudandam vocem edidit: AMICI, DIEM PERDIDI. Qvid verò de Te, Sereniſſime & Celſiſſime Princeps, Dominè Clementiſſime, eſt dicendum? Te ſanè, ſi non majorem, tamen certò parem eſſe Tito Cæſari, licet in diversâ ætate, (ut Dion alicubi de Cæſare Auguſto ſcribit) clamant tot ac tanta beneficia, Tuis cum incomparabili Tuâ gloriâ, & Cimbrorum, adeoq; totius poſteritatis emolumento, exhibita, præſertim eo tempore cum omnia horribili Marte ulularent. Sed non de aliis hîc loqvar, me ſi reſpicio, video naufrago porrectam tabulam, Spiritum ſtudiis redditum, omnia deniq; tantæ magnitudinis, ut verba non inveniam, qvibus oppignoratum devotumq; ſatis me exprimam; Si n. ſumma & ampla illa beneficia, in illuſtri Tuo Lyceo, per totum terra-

terrarum orbem, ubi virtus & doctrina colitur, illuſtri famâ celebrato, in me indignum atq; immerentem collata, ubi Tuâ munificentiâ & plus qvàm paternâ proſpectione, omnibus Virtutis & Eruditionis campus latè patet, nulliq; fabricandæ fortunæ inſtrumenta, niſi indole & induſtriâ deſtituto, denegantur, Si, inqvam, illa ad animum mihi revocem, non poſſum, qvin cum paupere illo Æſchyne (qvi cum Socratis beneficiis reſpondere non poſſet) exclamem: Nihil, qvod Tuâ Celſ. dignum videatur, invenio! Itaq; dono Tibi qvod unicum habeo me ipſum. Hoc munus, rogo, qvalecunq; eſt, boni conſulas. Qvinimò, magnam ipſe curam adhibuiſti, ut me Tuum totum meliorem mihi redderes, qvàm acceperas; Cum enim proh dolor! de ſeminario illo per hoſtis acerbitatem magna fieret diminutio, & totum ferè conqvateretur, Tu tamen in circumſtantibus turbis, & cum undiq; bellorum turba inſonaret, tibias & fiſtulas Muſarum cogitaſti, pacisq; artes inter media arma non neglexiſti. Me enim omnium minimum præ cœteris ornandum Tibi ſumſiſti, & pro re natâ, Roſarum Academiâ ſcientiis innutriri lauto Tuo ſtipendio ſublevaſti, qvibus etiam pro modulo ingenii divinitùs conceſſo, felici augurio, per biennium, imbutus. Sicuti itaq; Hebræi ex Gentis ſuæ diſciplinâ, frugum, cæterarumq; rerum primitias ad Deum detulêre eiq; ſacrificavere: Ita qvoq; primos ingenii ac induſtriæ fructus ad Te Clementiſſime Evergeta à qvô mea proficiſcitur felicitas, & Deorum nomine, priſcorum ritu, optimè dignaris, meritò arbitror eſſe deferendos. Cùm igitur gratior à Diis exiſtimatur, qvi Delubris eorum piam mentem, qvàm qvi meditatũ carmen infert; nullus etiam dubito qvin hæc ſtudiorum me■orum primordia ex grato animo profecta, magno aliqvo muneri æqvaver nt. Nam, & ſecundum Plinium Diis ſupplicari lacte à ruſticis, & qvi thura non habent mola ſaltem litare ſalſa fas eſt. Χαρίτων ἦ τε θυμὸς ἄριστος ut in Græcorum eſt proverbio. Accipe igitur Evergeta Clementiſſime, hancce meum qvalemcunq; gratitudinis teſſerã, ut majori ſtudiorum meorum promotioni adjumento fuiſſe videatur. Deus T. O. M. tandem aliqvando poſt tot malignos, ſub truculento Marte, dies, Germaniæ afflictiſſimæ ſerenum ſolem tribuat, & univerſam Domum Gottorpianam cum omni benedictionum genere, beet, ornet, augeat.

Roſtochii è Muſeo Bacmeiſteriano.

Sereniſſimæ Celſitudinis Tuæ
ſubjectiſſimus Alumnus
Thomas Theye.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

Ad Præſtantiſsimum & Literatiſsimum

Dn. THOMAM THETEN,

Convictorem & Amicum ſuum dilectum.

Non ego mendoſos ſumam defendere mores,
Non me pro vitiis arma movere juvat.
Cœca juventutem jam nunc dementia cœpit,
Incautas mentes Circea pocla movent.
Si commentitio quæ proſtat fabula ſocco,
Si tragicæ pompæ, denſa Theatra vides.
Judaicæ mœrent, ut in hoſpita ſaxa, Cathedræ,
Rara Palæſtinas nunc avis ambit opes.
Ipſe tamen ſanctam, THOMA, didiciſſe Camœnam,
Nativis ardes Biblia ſcire tonis.
Hinc dubios tollis nodos, nova dogmata ſolvis,
Illuſtris præbet, Philologia facem.
At quia jactatas motâ face creſcere flammas,
Scimus, & has nullo concutiente mori,
Affunde hic oleum, vigilem ſuperadde laborem,
Sic Patriæ, clarus nomine, lumen eris.

M. Lucas Bacmeiſterus, SS. Th. Prof.

Auratam rurſus pingit ſol igneus æthram
& lucis Dominum lux reparata notat
Liqvitur & canis deſtillat montibus humor
& cum veris hero ver redeunte redit
Gramina jam meditatur ager, ſylvæq; comatæ
factorem celebrant gutture multiplici.
Cuncta redemptori palmæ gratantur honores
inq; Dei plauſus terra polusq; venit
Et faciem ſurgentis habet: ſurgemus & ipſi,
ſcrutemur JESUM, Præſide Moſe, Deum.
Præclare facis id, *Juvenum decus!* apprecor auſis
in Chriſto tua ſit gloria, vita, ſalus.

Auguſtus Varenius,
Præſes.

DECADIS SEXTÆ
LOCUS PRIMUS.
Gad,
Gen. xxx. ỷ. 11.

Concluſ I. Nato ex uxore ſecundariâ primogenito dixiſſe fertur Lea uxor primaria vocem בגד atq; hinc filio illi nomen impoſuiſſe גד vid. v. 11. qværitur autem maximè de illo בגד ad cujus interpretationem hæc notamus 1. Vox בגד eſt Scriptione una, lectione gemina, vel שתי מלות adeoq; ad claſſem נסמך דלא נסמך cui contraria: נפרד דלא נפרד referenda, ut ſit בגד idem in reſolutione qvod בא גד: talis locus non niſi unus eſt in Lege: & 15. in Scripturâ ſunt notante Maſorâ ad hunc locum: חד מן טו מלין דכתיב מלה חדה וקרי תרין atq; hactenus conveniunt interpretes. 2. Vox גד in ampliſſimâ ſcriptura Ebraica nunqvam *Sidus cœleſte, Deam fortunæ*, vel aliqvid ſimile notat: nec convenit illa ſignificatio cum radice, nec hoc in loco cum perſonâ dicente. Errat e.i Jonathan Chaldæus qvi reddidit per: אתא מזלא טבא id eſt, *Venit fortuna bona* ſeu ſidus fortunæ bonæ, Dea fortuna, cujus virtute qvæcunq; proſpera eveniunt, in homine: & 2. qvi illum ſtudioſè ſeqvitur R S. Jarchi: בא מזל טוב i. e. *Venit Dea fortuna*: addit Rabbinus qvæ ſunt notanda 1. *Sumitur*, inq. *hic Vox* גד *ſicut in illo*: גד גדי וסינוק לינא verba hæc more Rabbinico ex Thalmude allegavit, ubi obtinet ille euphemiſmus Rabbinicus: *Proſperam fac fortunam meam, & laßitudo non ſit*, id eſt, *laſſa illa non ſit*. adde: ערסא דגדא id eſt, lectus bonæ forrunæ, qvem ſinguli in ædibus ſplendidè ſtratum, nec niſi למזל id eſt, ſyderi fortunæ ut eà propitiore uterentur, dedicatum habebant: unde eſt גדא דביתא id eſt, fortuna domus: item גדא דעלמא id eſt, fortuna ſeculi Ber. rabb. item Nedar. Sanhedr. &c.

* דומה

דומה לו הארכים לגד שלחן .2 id eſt, *Simile exemplum eſt in Loco quodam Eſaiæ Eſ. 65, 11.* ubi vox גד ex illius ſententiâ *Deam fortunam*: ex aliorum ככב צדק id eſt, *Stellam Jovis* notat: utrumq; malè. Errant 3. Munſterus Vulgatus &c. qvi reddiderunt: *cum fortuna.*

Concl. II. Verùm qvidem eſt, interpretationem vocis בגד de *fortunâ* eſſe antiqviſſimam: item vocem גד in Chaldæorum & Magiſtrorum lingvâ ſignificationem FORTUNÆ, & SIDERIS FAUSTI habere perpetuam: qvin & illud addimus indifferentèr illam uſurpari, & non rarò de FORTUNA malâ ſeu גדא בישא: ſed attendendum tamen id putamus qvod 1. illud גד vel גדא Chald. in Significatione illâ vix reperietur niſi in Targumim poſt Hieroſolymitanis, qvalia ſunt Oncelosi & pſeudo Jonathanis, & 2. qvod Lingua Magiſtrorum ſeqvatur uſurpationem illorum Paraphraſtarum Chaldæorum. 3. Qvod proinde tam hujus loci de *Fortunæ ſidere* vel *Dea fortuna*, qvam ipſius vocis גד de illâ explicatio non ſit antiqvior illis Targumim: ſed ex illis in hunc locum expoſitionibus orta, & minimè antiqviſſimæ Chaldæorum lingvæ imputanda, cujus nondum occurrit exemplum in Chaldæo Jonathane Prophetarum. Qvæ propterea monemus, neqvem pluralitas & autoritas interpretum, qvi per *Fortunam* hic reddunt vocem גד, nimium turbet.

Concl. III. Notandum dicimus 3. tam Radicis cœterorumq; derivatorum ſignificationi: qvam dicentis intentioni, & rei ipſi magis convenire ut בא גד idem ſit, qvod: בא גדוד בנים Deo ſit gratia, jam *venit turma* filiorum; qvatuor ſcil. ipſa jam ante pepererat Lea, Ruben, Schimeon, Levi, Jhuda, nunc qvintus accedit, & facit illi turmam filiorum: nec obſcurè ad radicis גדד ſignificationem, qvæ eſt *turmatim convenire*, &c. reſpexit Jacobus in benedictione גד qvæ eſt Gen: 49. ut ſupervacaneum ſit, Leam tot jam annos ſancti Patriarchæ conjugem hic Idololatricam facere; & qvod expreſsè verò Deo vendicat Scriptura (Deus cum videret Leam eſſe odioſam *aperuit uterum ejus*, vid. Gen: 29, 31.) FORTUNÆ aſcribere; nec enim qvæ de Fortunis poſterior ætas fabulata eſt, ad antiqvitatem Hebræorum aſcendunt.

LO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

LOCUS SECUNDUS
Sebulon
Gen. xxx, ℣. 20.

QVæritur De Rad. זָבַד & nomine ſubſtantivo זֵבֶד in ℣. 20? Reſp. אין לו אח במקרא Neutri frater eſt in Scripturaâ: Petenda ig tur ſignificatio ex contextu, & antiqvis Paraphraſtis, juxta qvos idem notat qvod **einen mit einem ſonderlichem Præſent verehren und begaben**/ qvomodo hic ſobolem æſtimat pia mater Lea. Ita Chald. per יְהַב לִי חוּלָק טָב Id eſt, dedit mihi portionẽ amplam, in qvo paraphraſta id, qvod leve eſt, notamus ſcil. illum אוֹתִי expreſſiſſe per יָתִיה ac ſi eſſet אוֹתוֹ ita ut affixum reſpiciat filium. Contra geminatio affixi certificat: *Donavit me Elohim* (hic conjungatur Peſik cum Merca) *me*, inqvam, *donavit donatione bona*. &c. Notetur porrò: Verba neutra apud Hebræos ſæpè conjungi cum affixis, ſine particulâ expreſſâ, in applicatione tamẽ ad noſtrum loqvendi modum adhibendâ: ſic יִזְבְּלֵנִי id eſt, יִזְבּוֹל עִמִּי vel: יִהְיֶה זְבוּלוֹ עִמִּי ſic alibi יְצָאוּנִי id eſt, יָצְאוּ מִמֶּנִּי

LOCUS TERTIUS
Gen. xxx.

Qværitur ad ℣. 28. de Voce נָקְבָה? Reſp. à Radice נָקַב eſt Imperativus cum ה additionis: unde regulare eſt נְקֹבָה— ſicut à זְכֹר eſt זָכְרָה idem autem eſt נָקְבָה qvod פָּרֵשׁ **Erkläre dich nur/ fodere ſo viel als du wilt/ ſetze mir ein gewiſſes**: In נקב ſignific. eſt exprimendi ſpecialitèr, præfigendi. Qværitur ad v. 30. de illo לְרַגְלִי? Reſp. idem eſt qvod בַּעֲבוּר רַגְלִי per & propter pedem meum, id eſt, mea opera, meorum pedum miniſterio vel uti optumè Raſchi: בִּשְׁבִיל בִּיאַת רַגְלִי vid. expli. cap. 31, 38. 39. Sicut nos Germani dicimus: **Er hat eine glückliche Hand zu heilen/ eine gute Hand zu ſchreiben**: Sic Hebrei: רגל טובה יש לו **Er hat einen guten Fuß/ er iſt ein fleiſſiger Menſch.** Conferatur tamen locus egregius qvà hanc vocem Deut. 11, 10.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

LOCUS QVARTUS

Praxis Jacobea in mercede ſibi amplificandâ,

Gen: XXX.

Qværitur ad 2, v. 32. qvomodo accipiendũ ſit illud: והיה שכרי? Reſp. ſub intellecto כאלה item אחרי שתסירם So ſollen ſolcher Art/ wenn du dieſelbe buntfärbige alle abgeſondert haſt/ nach dieſem mein Lohn ſeyn/ nemlich was von den einfärbigen buntfärbiges/ und fleckigtes fallen wird. Porrò: So wird heut oder morgen meine Gerechtigkeit bey dir für mir zeugen/ &c. Scilicet ita contrahunt ut 1. ſeparetur grex maculoſus & multicolor à grege unicolori, & hic committatur Jacobo. 2. Verſi colores nati de unicoloribus illis à grege maculoſorum & verſicolorium ſeparatis cedant Jacobo in mercedem: unicolores maneant Labani. Id docet v. 32. 33. ubi mentio 1. שה נקד id eſt, pecoris punctati ſeu punctulis interſperſi, was kleine bunte Flecken hat. 2. שה טלוא Pecus maculoſum notat ſeu maculis latioribus variatum. 3. שה חום Pecus fuſcum mehr ſchwartz als weiß. 4 תישים העקדים id eſt, *hirci varii cruribus*, id eſt, maculoſi, Die buntfärbige Böcke: ab עקד. *Ligavit ad offerendum* eſt עקוד *ligatus cruribus* ſeu *varius cruribus*: in qvibus ex ligatione poterant oriri maculæ: hinc ſumitur generalius. Igitur qvicqvid, ait Jacobus, non eſt vel נקוד vel טלוא, vel חום id in meo grege habeatur pro re furto abalienatâ. Placet contractus ille Labani qvi proinde breviter reſpondet in v. 34: הן לו יהי כדברך ubi particula הן eſt conſultantis: לו elegentis: יהי כדברך firmitèr contrahentis. Notetur porrò accuratè qvod 1. Subjectum verbi ויסר in v. 35. vel ille qvi ſeparavit gregem variorũ ſeu maculoſorum &c. à cœtero grege ſimplicium non ſit Jacobus: adeoq; 2. per filios, qvorum curæ grex ſeparatus verſiculorium, dicitur eſſe commiſſus, non Jacobi, qvippe cu-

jus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

jus primogenitus vix 7. erat annorum, ſed Labanis intelliguntur filii in v. 36. Sed & 3. verbum הסר in v. 32. eſſe לשון צווי ſ. formæ Imperativi non שם הפועל seu formæ infiniti: atq; hoc fuit fundamentũ erroris qvem erravit ille מדקדק גדול ſeu magnus Doctor Grammaticus qvem meminit Aben Eſra, ſed & plurimi alii. Docet, id qvod diximus, ſeqvela ſubjecti in v. 34 35. 36. qvæ evidentèr poſcit Labanẽ. Sed ad rem. Laban igitur, verſicolorium omnium grege tridui itinere à cœteris ſeparato, gregem reliqvum commiſit Jacobo, qvi proinde, militante pro Labane naturâ ſibi relictâ, illam in ſui adjutorium convertit Phyſicâ ſcientia, idq; ratione qvadruplici 1. ex denudatione corticum fecit in virgis varietatem colorum, eaq; diſpoſuit in decurſibus aqvarum ut congrederentur intuitu illarum. *Sumſit enim ſibi Jaakob baculos albæ populi virentes* (grüne Sträuche vom Pappelbaum) *item virgas coryli & platani, & decorticavit in eis decorticationes albas* (er ſchelet weiſſe Streiffen daran: nullibi aliàs vel verbum vel nomen hoc reperitur) *denudatione albi* (denudando albũ) *& diſpoſuit baculos illos decorticatos in confluentibus aquarum, & in aqualiculis, quo veniebat grex ad bibendum: è regione gregis illius* (diſponebat illos) *& ita incaluerunt oves in conſpectu baculorum iſtorum & genuerunt varios cruribus, latis maculis, & punctis interſtinctos* verba ſunt Spiritus S. v. 37. 38 39. Inde igitur natos jam maculoſos & verſicolores ſeparavit de grege cœterorũ, & 3. illos voluit antecedere (non ſeqvi) gregẽ ovium Labanis, ut ſeqventes oves (Labanis) contemplatione præcedentium maculoſorum agnorum alios parerent maculoſos: non contra: docet id v. 40. cujus hæc vera eſt interpretatio: Vnd dieſelben Lämmer (qvi Jacobo cedebant ex pacto ſcilicet maculoſi ex unicoloribus) ſonderte Jacob etwas ab/ von der andern Heerde/ und wendet die andere Schaffe in der Heerde Laban gegen die buntfärbige/ und fleckete/ und machete ihm abſonderliche Heerden/ und trieb dieſelbe (nicht hinten) ſondern vor der Heerde Labans her. 4. Virgas illas ſeu baculo varios aqvaliculis impoſuit in admiſſurâ robuſtiorum ovium, ut ſic robuſtiorem ederent fœturam (qvod ſcil. fit in menſe Niſan ſeu Martio & Aprili) at non item in admiſſurâ alterâ infirmiorum autumnali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

menſe Septembri, Tiſri) im Spätlinger Lauffe/ idq; שלא ירגיש לבן ברבר המקלות. Robuſtiores oves, qvæ coibant in admiſſurâ prima vocat Scriptura: הצאן המקשרות id eſt, oves compactas, & membris ſolidis robuſtius inter ſe colligatis. Chald. expreſſit per אנא מבכיריא id eſt, oves primitivas: Contra infirmiores Spätlinge nominat עטופים, qvæ ſc. generabantur בהעטיף הצאן coitu ſerotinorum, debiliorum, infirmiorum ovium: atque ſicut צאן קשורי Jacobo: ita צאן עטופים Labani cedebat: *& ſic amplificatus eſt divitiis Vir ille, valde valde*, qvomodo concludit Moſche hanc hiſtoriam.

LOCUS QVINTUS

Teraphim.

Cap. Gen. XXXI.

COncl. LABAN, verba ſunt ℣. 19. iverat ad tondendum gregem, qvi à Jacobo aberat intervallo trium dierum v. cap. 30. ℣. 35. & c. 31, 22. & furto abſtulerat Rahel *Teraphim* patris ſui. Qværitur qvid fuerint תרפים? Reſp. fuerunt *imagines domeſticæ ſeu Dii penates hominis formam repræſentantes, juxta quarum inſpectionem vel faciebant vel omittebant opus*. Docet id præter alia hiſtoria Michal filiæ Saulis, qvæ *Teraphim* dicitur, *lecto impoſuiſſe & illa pro Davide venditaſſe Legatis Saulis* 1. Sam. 19, 13. AbenEſra: הקרוב אלי שתרפים על צורת בני ארם והיא עשויה לקבל כח אליונים: qvæ rectè ſentit. Qvin Laban expreſsè: Qvare furatus es Deos meos, vid ℣. 30. Qvare id fecerit Rahel, exprimit Raſchi: להפריש את אביה מעז id eſt, ut avocaret animum Patris ab idololatria: Sed, ait AbenEſra: אילו היה כן לבטל עז מאביה למה הוליכם עמה ולא טמנתם בדרך: ſi hic fuit finis, qvare illa ſecum duxit, & non potius in viâ abſcondidit: addit igitur aliam: והקרוב ש היה לבן יודע מזלות ופחדה שאביה יסתכל למזלות לדעת אי זה דרך ברחו: ne ſcilicet Laban Aſtrologiæ pe-

giæ pe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

giæ peritus ex inſpectione Teraphim de viâ ſuæ fugæ vel itineris certus eſſe poſſit: vid. ulter. Ezech. 21, 26. Jud. 17, 5. cap. 18, 5. 17.28. Hoſ. 3, 4. de qvo poſteriori loco alibi: אם גומר עלי השבם. Conf. qvoq; Buxtorf. in Lexic. Thalmud.

LOCUS SEXTUS.

Gen. XXXI.

Concl. I. Dupliciter *alter alterius cor furari* dicitur 1. cum lenociniis ſeu ſubdolis verborum blanditiis animos ab aliorum vel ſubjectione vel benevolentiâ abductos ſibi conciliare ſtudet, vid. 1. Sam. 15, 7. 2. Cum præter alterius, cujus id ſcire intererat, noritiam aliqvid facit, animumq́; & exſpectationem alterius fallit e.c. ſeſe clam & furtim qv. ſurripiendo, uti hoc loco add. ỽ. 26. & 27.

Concl. II. Præteritum ſive formatione, ſive converſione tale ſit, ſæpius ſupponit pro plusqvamperfecto: ſic in ỽ. 24. ויבא אלהים Et venit, id eſt, כבר בא *jam ante venerat Elohim*, porrò: *Non loqueris cum Jaakob vel bonum vel malum.* ſcil. להשיבו vel, ut eum in ſervitutem atrahas nec verborum blanditiis: nec mediis violentis anniti coneberis. **Du meyneſt etwa daß es ihm gut ſey/ daß er mit dir wieder zurück ziehe: Aber hüte dich/ du ſolt weder mit freundlich noch harten Worten ihn/ daß er ſich wieder zurück begebe/ bereden.**

LOCUS SEPTIMUS

Galed.

Gen. XXXI.

Concl. I. Antiqvitatem linguæ Chaldaicæ, ejusq́; divinitatem non obſcurè prodit verſus hujus cap. 47. ubi tumulum lapidum in ſignum fœderis erectum Jacobus qvi erat Hebreus ex Hebreis Hebraico nomine גלעד: Laban autem Syrus, vel ex Meſopotamia oriundus in Chaldaica ſibiq́; verraculâ Dialecto יגר סהדותא id eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

Acervum teſtimonii nominat: prolixam in hoc fœdere orationem inſtituit Laban, inter quæ verba quoq; ſunt ℣. 52. quorum hæc paraphraſis: Dieſer auffgerichtchte Stein ſol ein Zeichen ſeyn. Solt es etwa kommen/ daß ich hinüber zu dir reyſen wolte/ ſo will ich nicht durch dieſen Ort ziehen (dich zu beleidigen) und ſolt es hingegen kommen/ daß du durch denſelben Ort herüber zu mir ziehen ſolteſt/ ſo ſol es doch nicht anders als gut gemeynet ſeyn.

Conc. II Cap. 32. 1. ויפגעו בו מלאכי אלהים Und es ſtoſſeten (kamen oder begegneten) an ihn (den Jacob) unvermuhtlich die Engel Gottes/ vel: die menge der himliſchē Heerſcharen. &c. Vid ℣. 2. utrobiq; ELOHIM Deum notat, non angelos unde Chald. ſemel reddidit per מלאכי דיי ſemel per משרוקיתא מן קדם יי id eſt, Turmas de coram Domino. Hinc loco nomen Machanaim, id eſt, שתי מחנות duo caſtra: unum Jacobeum: alterum Angelicum.

LOCUS OCTAVUS

Agon Jacobeus

Jacobs-Kampff.

Gen. XXXII. ℣. 24.

ויאבק איש עמו׃

COncl. I. Hominem cum angelo creato luctari magnum eſt: majus, cum Elohim, ipſoq; fœderis Angelo, Dei filio de principatu contendere: maximum in tam mirabiliter ſingulari, & ſingulariter mirabili agone palmam auferre: usq; adeò *Fides noſtra eſt victoria.* Exemplo id docetur Jacobi: ipſeq; agon ſeu duellum formalitèr deſcribitur in ℣. 24. membro ſecundo, inciſo Sakephkatonato, tribus vocibus: ויאבק איש עמו De Antagoniſta primò quæritur, qui hîc איש ſalutatur idque 1. propter externam Viri ſpeciem.

2 Propter

2. Propter illam, qvæ voce illa connotatur, fortitudinem ſeu virtutem: qvâ de re dubium nullum: qværitur autem qvis *Vir* ille? Reſp. *Ille cujus nomen eſt* פלא ſeu ipſe Dei filius idemq; verè Angelus in Viri ſpecie. Probatur 1 ex divinâ benedictione. 2. Sancti nominis *Iſraelis* prima impoſitione. 3. Expreſſa *Elohim* nominatione & ejusdem oppoſitione: *Liberata eſt*, ait Jacobus, *anima mea, poſtquam vidi Elohim de facie ad faciem*, vid. v. 26. 28. 29. 30. Ab altera parte ſtetit in campo Martio Jacobus, non niſi mille calamitatum ſatellitio ſtipatus, ſed fide verâ armatus.

Concl. II. Tantâ autem vi conflictantur hi duo, ut Spiritus Sanctus illam luctam per אבקורן *ſeu vehementiſſimam conflictationem, quæ nubem quaſi pulverulentam facit, & lucem involvit*, deſcribat: dicitur enim ויאבק. Vox ipſa de nullo, *quam hoc ſingulariter mirabili & ſpirituali maximè conflictu uſurpatur*, nec niſi bis idq; non niſi in una conjugatione *Niphal* reperitur in Scriptura Ebraica: eadem ratio verbi שרה qvod ſimiliter de hoc *ſtupendo conflictu* dicitur in ℣ 28. & de eodem, in uno Hoſeæ loco cap. 12, 3. qvæ duorum verborum inter alia communiora vocabula, ſingularitas auget & ſingularitatem, & magnitudinem hujus agonis. Vox ipſa, radicem habet nominalem אבק cui pulverulentæ rei ineſt ſignificatio, vid. Deut 28. 24. Jeſ 5, 24. Hinc verbum in Niphal notat: *Vehementer confligere, colluctari, ita ut pulvis excitetur inter illos*: qvomodo R. Menachem rectè expreſſit per ויתעפר איש: qvod ſeqvitur Lutherus in gloſſa ad hunc locum: **Es ſtäubete ein Mann mit ihm** / velut ſi dicerem: *pulverare, pulverizare*, &c. Juxta illorum igitur ſententiam verbum hoc eſt לשון אבק שהיו מעלים עפר ברגליהם על ידי נענועם: At R. Jarchi: *Mihi*, inqvit, *videtur qvod* vox ויאבק idem notat qvod ויתקשר id eſt, *Et conjunctus vel colligatus quaſi fuit cum illo, ut ſit* שכן דרך שנים לשון עניבה *ſeu ſignificationem habeat conjunctionis,* שמתעצמין להפיל את רעהו שחובקו ואובקו בזרועותיו: *Nam*, inqvit, *hæc eſt conſuetudo colluctantium, ut quaſi brachiis colligentur inter ſeſe, dejecturi alter alterum*, Addit, idem Raſchi, *Rabbini noſtri expoſuerunt hunc locum de Angelo principe ſeu præfecto Eſavi & regni Idumæorum*. Expoſitio Raſchi qvâ vocem אבק in re ipsâ proba-

 tur:

tur: In ipſius vocis formatione Chaldaica, qvam adducit, rectè negatur. De *Sara* ſimilitèr res eſt manifeſta atq; ut id obiter addamus ex Sarah & Sarar item Sar Ebreorum ortum videtur Cæſar Latinorum, Zaar Rutenorum, Sire Gallorum.

LOCUS NONUS

Duratio & effectus Agonis,

Gen. XXXII.

Concl. 9. Duravit autem tantus agon עד עלות השחר AbenEſra: עד סור שחרות הלילה usq; dum recederet nigredo noctis. Rectius: Biß die Morgenröthe heran brach. שחר ſcil. eſt ipſa Aurora, vel uti dicit Rabbinus eſt: דמות אור הנראה בעבים טרם זרוח השמש וג׳ *Similitudo, vel figura lucis illius, quæ conſpicitur ſummo mane in nubibus, ante quam Sol oriatur, adeoq; tenebris nondũ perfectè terram relinquentibus.* Videns igitur Dei filius invictam tot conflictibus & tentationibus fidei Jacobeæ conſtantiam *tetigit potenter vertebram femoris Jakobi in ipsâ colluctatione,* unde Jacobus virtutem qvidem humana ſuperiorem & divinam potentiam ſenſit: nec tamen illum dimittere voluit niſi benedictus antea & palmâ coronatus, ab ipſo, qvo cum colluctabatur, Angelo: qvod utrumq; impetravit, vid. v. 28. 29. atq; ita conſumato duello, Jacobo ἡ ἡμέρα διαυγάζει καὶ ὁ φωσφόρος ἀνέτειλε ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ: ipſe autem victor claudicans incedit, & qvod præ majeſtate exprimi non poterat, ſibi ſolicitanti, id reipsâ ſenſit

An-

Antagoniſtæ nomen Admirabile, ſeu, El-gibbor, unde & nomina *Penuel, Iſrael, &c.*

Concl. II. Conferatur cum his omnibus illuſtris Hoſeæ locus c. 12. à v. 12. *In robore ſuo*, (id eſt, τῆ τ̃ πίςεως δυνάμει, divinaq; virtute fultus Jacobus) *de principatu contendit cum Elohim:* & colluctatus (cum Angelo) *prævaluit: flevit* (id eſt, benedictionem cum lacrymis Angelum illum ſeu Dei filium popoſcit) *& ſupplicationibus deprecatus eſt* (oravit ab illo ſupplex benedictionem & liberationem dicens: Ich laſſe dich nicht/ Du ſegneſt mich denn/ &c.) illum: ubi verba ויתחנן & בכה de Angelo, qvi fleverit & precibus dimiſſionem à Jacobo contenderit malè explicant commentatores Rabbini Kimchi & Jarchi: qvæ Jacobo vel ſola ſeqvela docet attribuenda ad usq; membrum ſecundum, ubi proinde mutato ſubjecto mutatur qvoq; vocum diſpoſitio. Atq; ita modum *tam ſublimis agonis* exprimit locus hic illuſtris. Rabbinis de Angelo creato locum explicantibus opponimus tale argumentum: Ille qvi dicitur inveniſſe Jacobum in Bethel, & ibi locutus eſſe cum illo, fuit idem qvi colluctatus eſt in hoc mirabili agone cum Jacobo. Atq; ille non fuit Angelus creatus: ſed JEHOVAH ELOHIM item Elohe Schamaim E. Major fundatur in cap. Hoſ. 12. v. 2. memb. 2. Minor patet, ſi de primâ Jacobi in Bethel commoratione accipias, ex Scalâ Jacobea ſeu Geneſ. 28. à ℣. 10. ad finem: Si de ſecundâ ex Gen. 35. à ℣. 1. ad. ℣. 16. ibi non niſi JEHOVAH, DEUS ABRAHAM, ISAAC, &c. hîc non niſi Elohim; Item El in manifeſtâ ſatis *Divi-*

nitatis ſignificatione ille qvi locutus eſt, cum Jaakobo ſalutatur, & utrobiq; S. S Trinitatis perſonarum myſterium vehementèr illuſtratur. Conf. in Hoſ. jam alleg c. 12. v. 5.

Concl. III. ad ℣. ult. Gen. 32 Luth. **Darumb eſſen die Kinder Iſrael keine Spanader auff dem Gelencke der Hüffte/biß auff den heutigen Tag.** Qværitur hic maximè qvid ſit גיד הנשה Reſp. גיד Ebreorum & גידא Chaldæorum Nervum notat: quomodo apud Rabbinos גיד pro nervo virili freqventèr ſumitur: Sic כירוס גיד caſtratio nervi. Nec deſunt qvi tale qvid hoc in loco nugantur, ut גיד idem ſit qvod אבר & נשה ex forma נשים. Per גיד autem hoc loco nervus intelligitur femoris ſeu qvi fuit circa commiſſuram femoris & genuum. Ille גיד dicitur hic הנשה id eſt, luxatus לפי שנשה ממקומו ועלה eo qvod per illam colluctationem luxatus ſit à genuino loco ſuo, & altiùs aſcenderit. נשה verò eſt, uti rectè dicit Raſchi: לשון קפיצה ſeu ſignificat exſilitionem præternaturalem, luxationem &c. à rad. נשה qvæ ita reperitur Jerem. 23, 39. cap. 51, 30. Num. 21, 31. hinc נשיה nomen verbale. Aben-Eſra: ידוע כאשר העתיקו קדמונינו זל ואין בו ספק כי אם לחסרי דעת והתולדות: porrò de hoc Angelo dicit ſe locuturum in Pharaſcha de Angelo Ductore Iſraelis, Exod. 23. Ex dictis patet qvid ſit גיד הנשה à cujus manducatione abſtinent hodienum Iſraelitæ.

LO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

LOCUS DECIMUS

Gen. XXXIII. ỳ. 18. & 16. & cap. 35.

Schalem, Keſchitah, Cœmiterium Rachel, Migdal eder, Berat haaretz.

Concl. I. De voce שלם qværitur, an ſit nomen urbis proprium, an nomen formæ ſeu adjectivum, notans idem, qvod *Salvus, incolumis*, &c. Reſp. Affirmatur poſterius: adeoq́; interpretatio eſt: Vnd alſo langete Jacob (ohne einigen Schaden) friſch vnd geſund zu Sichems-Stadt/vnd ůmlagerte von auſſen dieſelbige Stadt. id eſt, Er ſchlug ſein Läger ůmb oder gegen die Stadt von auſſen. Docet id 1. Expreſſa adventus Jacobi à termino itineris vel loco profectionis per Gereſch ſeparatio. 2. Loci illius perfecta nominatio per עיר שכם id eſt, urbs Sichemi, Sichemipolis, vid. Gen. 12,6. & cap. 34, 20. Conſentiunt 1. paraphraſta Chald. ואתא יעו׳ שלים לקרתא דשכם & venit Jacob ſalvus Sichemipolin. 2. Aben-Eſra optumè: Schalem eſt שם התאר i. e. appellativum: והטעם שבא בשלום שלא אירע לו שום מאורע כי עתה יחיל לספר מאורע דינה: id eſt, Id vult dicere: Jacobum, utut mille pericula itineris habuerit, non tamen illi accidiſſe hactenus aliiqvod infortunium vel damnũ, qvod ad Sichemipolin primò expertus eſt in ſtupratione Dinæ, qvam proinde hiſtoriam nunc ſubjungit. Nec malè vocem שלם exponit Raſchi: Venit Jaakob Sichemipolin ſalvus 1. corpore בגופו שנתרפא מצלעתו eò qvod non amplius claudicaverit. 2. בממנו ſeu opibus שלא

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

חסר כלום מכל אותו דורון id eſt, qvod nullam opum jacturam fecerit, excepto munere Eſavo donato. 3. שלא שכח תלמודו בתורתו ſeu Salvus in Lege Domini בבית לבן id eſt, qvod non oblitus fuerit veræ Legis doctrinæ in Idololatricâ domo Laban.

Concl. II. Portionem agri à filiis Chamor emiſſe dicitur Jacobus centum קשיטה Qværitur qvid notet vox illa? Chald. reddidit: במאה חורפן ita Vulg. Centum agnis. Münſterus: centum nummis. Luther. **umb hundert Groſchen**: qvi omnes facilè conciliantur. Scilicet קשיטה fuit argenteæ monetæ nomen, cui agnæ ſignum impreſſum erat duplo majoris qvam מעא æſtimationis. Fuit igitur Keſchita decima pars Sicli communis: ita ut decem Keſchita unum facerent Siclum. Centum Keſchita 10. Siclos: qvi, juxta menſuram ſacri 5. Imperiales: juxta vulgarem $2\frac{1}{2}$, & paulò plus facerent. Pretium ſanè pro tam amplo rure ſatis exiguum, pro qvo ſi hodienum veniret, qvot paſſim forent Satrapæ. Sed ad rem. In monetis vel laminis argenteis & aureis characteres & figuras animalium exprimi, ut Aqvilas, Urſos, Leones res eſt noſtris qvoq; temporibus uſitatiſſima: ita veroſimile eſt: Jacobum opilionem in monetâ ſuâ non aqvilas vel Leones: ſed oves & characteres paſtorales inſculptos habuiſſe: qvin ſicut nos ab illis characteribus monetam denominamus: e. c. **ein Bärenthaler/ Löwenpfeñing**/ &c. ita nihil obſtat qvò minùs Keſchita reddere poſſim per: **Schaffsmüntze/ Schaffsgröſchen**. Fuit enim non niſi lamina triobularis, repræſentans characterem ovis. Vid. jam Raſchi: ſed & loca Joſ. 24, 32. Job. 42, 11. Monetas autem jam illo tempore ſignatas obtinuiſſe, dubium nobis nullum eſt.

Concl,

Concl. III, Poſt 20. annorum duriſſimam ſervitutem, poſt placatum Labanis & Eſavi furorem, ipſum que Deum in admirabili agone ſuperatum, poſt Dinæ ſtuprum, poſt filiorum latrocinium, adeoq; malorum Iliadas pectore Jacobæo, id eſt, benè præparato fortitèr ſuperatas, nondum finis malorum: ſed grandius & acerbius qvoq; Jacobo omnibus illis accidit infortunium, dum inter difficilimos ſecundi partus labores moritur dulciſſima Rahel, voti tamen compos facta, quo, nato primogenito Joſepho, voverat: Addet mihi Dominus adhuc unum filium, quem ſimul nunc ex ſe natum vidit, ſuperata partus doloribus, animam exhalat, verè σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας. Ita temperat non rarò noſtra vota Deus.

Concl. IV. Locum mortis, & cœmiterium Rahelis, uti cœtera hujus actus accuratè deſcribit Moſche: Mortua ſc. eſſe dicitur, & ſepulta 1, כברת הארץ לבא אפרתה in ℣. 16. 2. ad מגדל עדר uti colligitur ex ℣. 21. adeoq; in agro Bethlehemitico.

Concl. V. De כברת הארץ maximè controvertitur: nos ſupponimus 1. כ non eſſe radicale: ſed ſervile, & quod vocant כף הדמות ſeu comparationis. Errant igitur qui id radicale ſtatuunt, & per כביר ſeu רבוי מהלך vel uti Chald. כרוב ארעא es war noch ein weiter Weg/ reddunt: quod facit ex multis R. Menachem. 2. פשוט המקרא ſ. Litera Scripturæ docet quod בררת הארץ ſit מדת מהלך vel מדת קרקע i. e. certa viæ & terræ menſura vel מהלך פרסה iter unius miliaris. 3. Aben-Eſra: אין לו ריע במקרא Gen. 48. v. 7. Non eſt, inquit, ei ſocius in Scripturâ: imò eſt: reperitur enim præter hunc locum & 2. Reg. 5, 19. non alibi, 4. ברת cum quâ formâ convenit radix, cui ineſt ſignifica-

gnificatio, parum comedendi: Concludimus 5. quod ברת הארץ ſit: מרת מהלך אדם בין הבריה i.e. menſura viæ, quantam ut plurimum ambulare ſolet viator inter modicam cibi ſumptionem. So viel Weges/ als ein Wandersmann gehet/ biß er ein wenig Speiſe zu ſich nimpt/ e. c. von Roſtock biß Barckentin: vel ad ſummum: biß Dobberan: prius pro Jacobo ſufficere ſtatuimus & huic loco magis convenire.

Concl. VI. Atq; eodem viæ ſpacio à Betlehem Ephrata abfuit מגדל עדר der Hirten oder Heerde Thurm/ in ℣. 21. atq; hunc ſacroſanctum illum locum fuiſſe, ubi ποιμένες ἄγραυλοι, nato Chriſto fuerunt φυλάσσοντες τὰς φυλακὰς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην, ubi poſt unius Angeli concionatoris & Evangeliſtæ ineffabilẽ gaudii magni, natiq́; in urbe David Salvatoris mundi concionem Genethliacā, tota multitudo cœleſtis exercitus intonuit Muſicâ, & majeſtaticâ δοξολογίᾳ, vix dubitare licet: quod ſine dubio & Micha cap. 5. fore prædixit, & Chald. Jonathan Paraphraſta in hunc Geneſeos locum expreſſit, qui ad verſum 21. Et tetendit tentorium ſuum ultra turrim Eder: hæc addidit: אתרא דמתמן עתיד מלכא ומשיחא בסוף יומיא id eſt, Hic eſt locus ex quo revelabitur Meſſias in fine dierum. Ibi igitur mortua Rachel, ibi ſepulta, ubi & illius, quem deſiderabat unicè, Meſſiæ nativitas & ſtrages infantium Herodiana contigit, quando Rachel deploravit trucidatam ſobolem, nec conſolationem admittere voluit ὅτι οὐκ εἰσί.

IN CHAGGÆUM
EXERCITATIO ALTERA & ULTIMA.
PHARASCHA V.

I.

Fundamentum eminentiæ *domus ſecundæ præ prima,* tum ex illâ mirabili רעש ſeu commotione, tum ex חמדת כל הגוים, tum vel maxumè ex voce כבוד totaque Phraſi: *Implebo hanc domum gloriâ,* in primâ Diſput. excuſſimus, idq; *glorioſam* Magni Dei & Salvatoris noſtri JESU Chriſti ſeu *Zemach* illius Sach. 3. & 6. *Regis & Sacerdotis in Iſrael,* tertiiq; templi Spiritualis, Majeſtatici Inſtauratoris, ſub & in hâc domo manifeſtationem & Schechinam eſſe, vendicavimus. Qvid *Judæorum Magiſtri* huic veritati Propheticæ opponant, nunc examinandum erit.

2. Et qvidem diſſenſum, circa illuſtre *de gloriâ domus ſecundæ* vaticinium, ipſi produnt, dum paſſim tritum illud נחלקו בזה רז״ל in acie ponunt. R. David Kimchi: יש אמרים בשנים ויש אמרים בבנין id eſt, *Sunt qvi dicunt, illam magnitudinem* (qvando dicitur: Magna erit gloria domus &c.) *conſiſtere in majori duratione: alij in ipſius operis magnitudine vel pulchritudine.* Addit ſententiam: וזה וזה היה כי בית רא׳ עמד ת״י שנה ובית שני ת״ך שנה : i. e. *Utrumq; rectè qvia domus prima 110.: ſecunda 120. duravit annis:* pergit: וכן היה גדול בבנין כשכתב ורז״ל i. e. *& ſic major qvoq; fuit magnificentiâ molis vel ædificij:* provocat ad Rabbinos Anteceſſores, *Joſephum Gerionidem,* & ad illud, qvod ſub Herode ad omnium ſeculorum invidiam domui ſecundæ acceſſit ſtupendum orna-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

mentum. Sic Sch. Jarchi: חד אמר בבנין וחד בשנים ששני בית ראשון ת׳ שנה ובית שני ת״ך שנה: id eſt, *Unus dicit illam majorem fuiſſe ædifici magnificentia: alter annorum 10. excellentiâ.*

3. His dubitantibus rectè ſe opponit R. Abarbinel: הפירוש הזה קשה לסבלו מפאת הספקות אשר הערותי עליו: id eſt, *Illam utramq; expoſitionem admittere durum eſt, propter dubia illa, qvæ excitavi contra illam.* Qvænam ſint illa conſtat *ex qvæſtione ejus ſecundâ, tertiâ & qvartâ,* ſcilicet 1. כי הקב״ה סולק שכינתו מישראל ולא רצה לחשפיע חמשת הדב׳ שחסרו בבית ב׳ *Schechinæ ſeu qvinq; principalium rerum in domo ſecundâ carentia.* 2. כשכתוב במ״ר מה רעש בזמן בנינו ובימי הרודוס שנאמר עליו: i. e. *Qvoniam nec in ipſa ædificatione templi ſecundi, nec in diebus Herodis fuit tam magnifica commotio, de qva dicere potuiſſet Proph. Deum cœlum, terras, mare & aridum potentèr commoturũ, adeoq; illum* רעש *nec de Hasmoneorum temporibus, nec de Herodis Magni magnificis in templum amplificandum ſumtibus intelligendum.* 3. אין אפשר שהבית שבנה זרבבל במדה אשר נתן להם מלך פרס היה יותר נכבד מן הבית שבנה שלמה: id eſt, *Impoſſibile eſt, ut domus à Serubabele ad menſuram à Rege Perſiæ ſibi datã ædificata, glorioſior ſplendore dici poſſit domo à ſapientiſſimo Regum Salomone ad menſuram ipſius Dei ædificata.* 4. אף שנאמר שהבנין שעשה הורודוס היה יפה ועשיר מאד לא מפני זה ראוי שנחשוב שדמה ביפיו אל הבית אשר בנה שלמה כי מה שזכרו חז״ל מיפיו וטובו של בית הורודוס היה הבית בערך הבית אשר בנה זרבבל: id eſt, *Ex illo, qvod dicitur, de ædificij ab Herode extructi, pulchritudine, & diviti ſplendore non ſeqvitur illam domum ſuâ pulchritudine & ſplendore vel exæqvaſſe, vel ſuperaſſe pulchritudinem vel ſplendorem domus primæ: ſed tantùm rediiſſe ad pulchritudinem, & ſplendorem, qvem habebat, ſub Serubabele, adeoq; ne hâc qvidem inſigni ſplendoris & magnificentiæ acceſſione jam factâ dici potuit, qvod major fuerit domus ſecundæ gloria, qvam primæ.*

4. Qvæ

4. Qvæ de *domus ab Herode extructæ ſplendore* toties objiciunt Judæi, ſine dubio conveniunt cum illo, Joh. 2, 20. Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος: Licet autem qvæ hic dicuntur de 46. annis: Beza ad primam ædificationem referat, Cyro XXX. annos: Cambyſi VIII: Magis duos annos attribuens: accedunt anni Darii (Beza: Hyſtaſpidis) cujus anno VI. abſolutum ſit templum Eſra 6, 15. adeoq; à primo Diplomate Cyri de ædificando templo ad ejus perfectionem computat hos 46. annos: rectiùs tamen, ſine dubio, faciunt, *qvi ad inſtaurationem Herodianam*, totum hoc 46. annorum tempus referunt. fuit qvidem ipſa inſtauratio non niſi 8. vel 9. annorum: continuatio tamen operis & perfectio totalis non niſi ſub Agrippa, anno Tib. Cæſ. 15, ad qvem ab anno 19. Herodis M. ſunt anni 46.

5. Pergit R. כל שכן שהכתוב לא אמר גדול יופי הבית הזה האחרון ולא העושר ולא רוב התמרת הבנין אלא אמר הכבוד id eſt, *Qvin accurate notandum Prophetam non dicere: Majorem fore vel pulchritudinem vel opum ſplendorem, vel durationem domus poſterioris: ſed Gloriam, qvæ nulla alia eſſe poſſit, qvam illuſtris divina præſentia.* Hæc omnia præclarè contra Rabbinos Anteceſſores diſputat *Abarbinel:* rectè *majorem ſplendorem*, vel *magnificentiam externam domus ſecundæ præ primâ negat:* rectè *non in externo ſplendore: ſed GLORIA illam præeminentiam ſtatuendam, affirmat:* ſed & non obſcurè per.: *Meſſiæ manifeſtationem glorioſam*, hanc GLORIAM explicat: malè a. talem *Gloriam*, & qvicqvid hic dicitur ad tertium templum applicat.

6. *Gloriam domus poſterioris* intellecturus, *qvæ prioris gloria* fuerit & dicatur, ut intelligat, neceſſe eſt. Scilicet exeuntibus ex Ægypto Iſraelitis *Dominus ipſe in illa 40. annorum peregrinatione anteivit illos, diu in columnâ nubis: noctu in columnâ ignis: nec receſſit columna nubis illius diu: nec columna ignis noctu ante populum* &c. vid. Exod. 13. v. ult. c. 14, 24. Illa ipſa *nubes* הענן vel ענן הכבוד poſtea operuit tentorium à Moſe erectum, & (ſic) *gloria Domini implevit tabernaculum, usq; adeò ut non poſſet Moſche venire ad tentorium conventus: nam habitavit ſuper illud nubes illa* (glorioſa) *& gloria Domini replevit tabernaculum illud*, vide plur. Exod. 40. à v. 34. ad f. cap. Eadem Schechina, *nubes glorioſa* vel GLORIA *fuit in templo primo, &*

 reple-

replevit domum Domini & S. Sanctorum, cum in id introducta eſſet arca: *qvin nec ipſi ſacerdotes ſtare potuerunt ad miniſtrandum coram Domino: nam gloria Domini implevit domum illam,* vid. Lev. 9, 23. 24. 1. Reg. 8, v. 10. 11. Atqvi hæc primi *gloria* templi: At templi ſecundi *illuſtrior gloria* promittitur, qvæ nulla alia eſſe poteſt, qvam *Deus* (non in nube non in igne: ſed:) *in carne manifeſtatus*, ipſe Scilicet *Dei Filius*, qvi nunc *caro factus eſt*, & ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν: ſed & *illuſtri ſuâ præſentiâ ſub & in domo ſecundâ, fecit ut major eſſet gloria domus ſecundæ, qvam primæ.* Sicut autem de prima illâ Dei ipſius in Tabernaculo, ſeu Eccleſiâ primâ Judaicâ, præſentia verbum שכן Moſche: Ita de hac altera verbum σκηνόω Johannes uſurpat: illam Schechinam *cognatâ voce* exprimens, qvin, ſicut illa præſentia divina שכינתא apud Ebræos dicitur: Sic & ipſe Dei filius toties in Paraphraſtis Chaldæis: ſed & Johanne id qvod diximus myſterium reſpiciente σκηνὴ τοῦ Θεοῦ dicitur, vid. locus illuſtris Apoc. 21.

7. Notetur igitur, qvod non de *magnitudine molis*, vel *durationis*, vel *pulchritudinis*: ſed GLORIÆ loqvatur Propheta: notetur inqvam vox כבוד qvæ de divinâ & illuſtri revelatione, Schechina, ſeu *Dei filio, in nube glorioſâ Tabernaculi & Templi primi* eſt uſitatiſſima: imò tota Phraſis: *Implere gloria templum*, qvam Chaggæus hic habet, neceſſario ex allegatis ſupra locis eſt exponenda. Conf. de Schechinâ Eccleſiæ N. T. & illuſtri hàc materiâ Eſa. 4 v. penult. & ult. item cap. 60, 1. 2. R. Abarbinel diſcurſum prolixum in hanc Pharaſcham claudit: חנה התבאר שפר/ עוד אחת לא נאמרה על בית שני כי אם על הבית העתיד להיות הראה הש״י לנביאו אגב גררא דבית שני ענין הבית העתיד שיהיה ביתה/ לכבוד ולתפארת: id eſt, *Tota hæc pharaſcha non loqvitur niſi de domo futurâ* (tertia) *nam Dominus benedictus oſtendit Prophetæ ſuo per occaſionem domus ſecundæ, rationem domus ultimæ ſeu tertiæ, ita glorificandæ.* Sed hæc Diſputat. 1. excuſſimus. Nunc ſaltem notetur illam *expoſitionem de templo tertio* contrariari, 1. tam generali, Prophetæ, qvam ſpeciali hujus Pharaſchæ propoſitioni, & reſolutioni. 2. tam emphaticæ domus ſecundæ determinationi: *implebo*, inqvit Deus, *hanc ipſam domum*, הבית הזה Dieſes Hauß/ ja eben dieſes Hauß. *Gloria*: ſic

ſtatim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

ſtatim in v. 10. Major erit gloria *hujus domus, hujus ipſius, hujus* poſte-rioris (qvam ſcil. vos putatis eſſe כמהו כאין in comparatione ad pri-mam) qvam prioris illius. Ecce qvam ſignanter Spiritus S. domum illam, qvam tum ædificabant, in qvam digitos intendere Propheta poterat, imo qvam Propheta unicè tuã curabat, ſpecificet, ut illi con-tradicere, grande ſit piaculum. 3. Eſræ c. 5, 1. 2. & 6, 14. collationi. 4. Vetuſtiſſimorum Ebreorum expoſitioni. Sed & 5. Expreſſæ *Ha-riſchon* & *haacharon* oppoſitioni, qvæ cum obtinet, *non ſpecificato alio interveniente ſecundo,* ſecundum, idq; poſtremum & ultimum notat. Nugæ enim ſunt, qvando ille ait: ראשון ואחרון לא יאמר בשום צר על שנים בלבד אבל יאמר עליהם אחד שני כי ראשון ואחרון לא יפול כי אם במנין שלשה או משם ולמעלה id eſt *De duobus dicitur non Riſchon & Acharon: ſed Echad, & Scheni,* i. e. *primus & ſecundus: nam prior & poſterior ſeu Riſchon & Acharon non dicitur, niſi ad minimum ſit numerus ternarius, vel illo ſuperior:* Fal-ſitas regulæ conſtabit ex Exod. 4, 8. 9. Eſa. 44, 6. cap. 48, 11. ut pluri-bus illam examinare, fruſtra ſit. Et ſic clauditur *pharaſcha de templi ſecundi gloria.* De qvâ plura diximus Diſp. 1.

PHARASCHA SEXTA.

Cap. II. à ℣. 10. ad 20.

I.

Argumentum hic eſt ſextum ab *evidenti imperatæ rei fructu, be-nedicente Deo,* ſcilicet, *qvia, ſicut operis intermiſſi comes perpetua fuit infelicitas: ſic nunc, operis incepti & continuati comes, eſt & porrò erit omnimoda felicitas,* ubi ad experientiam provocat. Conferendo ſtatum priſtinæ infelicitatis, cum præſenti omnimodæ felicitatis, Ihr ſehet es ja vor augen/ daß es euch von dem 24. Tage des 9. Monats in al-len euren Vornehmen beſſer gelungen: Vnd daß ihr an ſtatt des vorigen Fluchs eitel Segen ſpüret. Conf. cum hoc argumento, Eſa. cap. 6, 14. ubi Judæi dicuntur: בניו ומצלחין *ædificaſſe, & proſperè egiſſe, ſecun-dum qvod prædixerat Chaggai:* ſic ibid. ובנו שכלולו: reſpicit maxi-mè orationem hujus pharaſchæ. Tranſit autem ad hoc argumentum

 occa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

occaſione novæ prophetiæ, geminiq; typi monſtrans in utroq; fundamentum prioris infelicitatis: *Res ſacra tactu non ſanctificat profanã: at res immunda ſolo tactu polluit rem ſacram & profanam*, v. 11. 12. 13. applicatio fit v. 15. *ita tantum abeſt, ut vos hactenus variis ſacrificiis & religioſis operibus ſanctitatem contraxeritis, ut potius illas res ſacras, oblationes, feſtorum celebrationes, preces, cordis immunditie inqvinaveritis & abominabiles maximè reddideritis.*

2. Inſcriptio pharaſchæ eſt in v. 11. in menſe ſexto die 24. qvi eſt *Elul* aggreſſi ſunt *functionem* vel *opus domus Domini exercituum*, vid. Pharaſch. 4. cap. 1. verſ. 14. & ult. ſcilicet : להכין המלאכה מהאבנים והעצים הצריכים לבנין; id eſt, *ad diſponendum ædificij opus, lapides, ligna, aliaq; neceſſaria:* pauloq; poſt intervenit publicum Darii Regis Diploma: hinc jam fervet opus, adeò *ut menſe nono*, qvi eſt Kisleu *die 24.* cœperint actualitèr *ædificare domum Dei* cap. 2. v. 18. *& hoc ipſo vigeſimo qvarto die menſis noni* utraq; hæc poſterior Pharaſcha obtigit Chaggæo לאמור לכהנים ad dicendum Sacerdotibus לשאול אותם בשם יי צבאות על הלכות קדש טומאה וטהרה id eſt, *ad interrogandum eos in nomini Domini exercituum de legibus ſanctitatis, pollutionis & munditiei:* verba ſunt Rabbini. Atq; hinc patet v. 11. 12. item qvid notetur ibidem voce תורה ſeu Legis.

3. Caſus Legalis geminus proponitur Sacerdotibus: unus in verſ. 13. de *ſanctificatione:* alter in verſ. 14. de *polluitone*, vid. Textus. Tremellius ו in ונגע *disjunctivè* explicat: item ſpecies illas *panis, pulmenti vini, olei, vel cujuslibet cibi* exponit de rebus ſacris: item illud היקדש ad *virum refert ferentem carnem ſanctam in extremitate veſtis ſuæ:* at ו Schevatum, qvod in præterito נגע poſt futurum abſolutum ישא eſt converſivum, hic fieri disjunctivum non concedendum: manifeſta eſt horum duorum verſuum oppoſitio: ſcilicet in v. 14. qværitur, de tactu טמא נפש ſeu *polluti, vel rei pollutæ:* hic de tactu דבר קדש *rei ſanctæ:* ibi: *ſi res polluta* ſeu טמא *tangat* חול ſeu *profanum:* hic *ſi res ſacra tangat* חול ſeu *profanum*. Præterea. ibi in verſ. 14. interrogatio היטמא non eſt de טמא נפש id enim qværi non poterat: ſed de כל אלה repetitis ſcil. ex v. 13. illis ſpeciebus. E. hic qvoq; interrogatio היקדש v. 13. *non niſi de illis vini, olei, panis* &c. ſpeciebus prædicabitur. Notetur ſaltem aliud:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

aliud: *profanum eſſe*, aliud *ſacrum*, aliud *pollutum*. Res ſeparata ab oblationem vel cultum dicitur *ſancta* קדש: res nondum ſeparata ad uſum ſacrum eſt חול ſeu *profanum*: Res ſive ſit ſacra ſive profana, ſive vel *ex morticinij contactu*, vel *aliâ ratione* inqvinetur, fit טמא ſeu *polluta*. *Panis ille, vinum, oleum, cibus* in v. 13. erat *profanus*, id eſt, nondum ſacratus, nec tamen *pollutus*: & hoc fundamentum fuit ſine dubio erroris Tremell. Scil. qvia ipſo tactu ſpecies illæ demum polluuntur in v. 14. E. fuerunt antea ſacræ. Reſp. *vel profanæ*.

4. Qværitur jam 1. *an res ſacra*, e. c. *caro ſancta contactu ſanctificet ſpecies illas profanas, panis, vini, olei, cibi, &c.*? Reſpond. negativè. Rurſus 2. *An vero contactu rei pollutæ* ſeu טמא נפש *id qvod profanum eſt, fiat pollutum?* Reſp. affirmativè. Laudo hic Lutheri verſionem: **Wenn jemand heilig Fleiſch trüge in ſeines Kleides Gehren/ und rühret darnach mit ſeinen Gehren Brod/ Gemüſe/ Wein/ Oele/ oder was für Speiſe were/ würde es auch heilig?** Item: **Wo ein Unreiner von einem berührten Aaß/ dieſer eins anrührete/ würde es auch unrein?** Chald. בשר קודש per בשר קודשא reddidit: at verbum היקדש **Wird es auch heilig?** per היסתאב *An polluetur?* **Wird es auch unrein?** qvi eadem voce redidit qvoq; in v. 14. היטמא. Inde eſt qvod Rabbini *planè contradictorium ſenſum, Prophetæ* affingant, & qvæſtionem primam cum ſecundâ confundant, adducti vel ſeducti potius autoritate Targum & Talmud Gemara Maſſechet Taanith. Illud בשר קדש explicant per טמאת נבילה או שרץ: item היקדש per חיטמא ut ſenſus primæ interrogationis ſit: *An res polluta, attactu ſuo polluat rem profanam?* Sacerdotes id negaſſe: ſed hæc ſunt falſiſſima, & verſui ſeqventi contraria: Hinc prolixè diſputant: An ſacerdotes erraverint בזו התשובה, & ſi qvæ plures ſunt *qvæſtiones Magiſtrales*. Hinc meritò qværit R. Abarbinel qvare בשאלה הראשנה id eſt, in qvæſtione primâ ſit היקדש: in altera היטמא adeoq; לשנות מתחלפות ſi ſit הענין אחד id eſt, *argumentum unum*: *Ego verò*, inqvit, *juxta tenuitatem intellectus mei puto qvod* בשר קדש *non dicatur, de* נבלה *vel* טרפה *vel* כל דבר טומאה *ſed de omni carne* שנתקדש לגבוה וקרב על המזבח id eſt, *Quæ ſeparata eſt ad elevandum illam & accendendum ſuper altare*. *Talis*, inqvit, *res ſacra non ſanctificat rem profanam.* שאין כח בקדש לקדש מהשאינו קדש Re-

Rectiſſimè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

ctiſſimè contra ſocios vel Anteceſſores diſputat, autoritate Thalmudicâ neglectâ hic Rabbinus.

5. In vocibus difficultatis parum eſt. Vox בשר Hebr. tam latè patet, qvam σάρξ Græcis vel Helleniſtis, hinc oſſibus contra diſtinguitur Gen. 2, 23. Spiritui opponitur, & pro corpore uſurpatur Eſa. cap. 31, 3. ſed & *eſſe in carnem unam*, idem qvod eſſe corpus unum, qvomodo vetores Germanos, ait Tacitus, *uxores amaſſe tanqvam proprium corpus*. Sed & pro totâ perſonâ Eſa. 40, 5. pro non regenitâ naturâ, Geneſ. 6. Ubi Græci numero plurali expreſſerunt σάρκας, qvod non niſi ſemel in numero multutudinis reperire licet in Scripturis Prov. 14, 30. ubi eſt: חיי בשרים לב מרפא ubi *vita carnium* eſt totius corporis omniumq; membrorum bona conſtitutio, vid. & Græci in Levit. 21, 6. Vicinum huic in ſenſu eſt. שאר qvod de Coturnicibus dicitur Pſ. 78. Sed magis tamen ſpeciale, qvomodo qvi ex unâ carne egreſſi ſunt, propinqvi ſc. & conſanguinei שאר dicuntur Levit. 18, 12. ubi שאר בשר ſeu *caro carnis* eſt conſanguinea, ab *una carne* qvaſi reciſa, vid. Onkel. Hieron. Vulg. Sant. Pagnin. qvem malè hic correxit Ar: Mont. ~~In~~ קדש *ſegregationis ſpecialis* eſt ſignificatio ſeu פרשנותא, qvâ voce gaudent Syri. Unde qvò ſpecialior eſt ſegregatio eò major qvoq; eſt קדש. Inde, qvod μετὰ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, Soli S. Sacerdoti ביום כפורים ingrediendum cum ſanguine erat, inſigne J. CHRISTI & ἐπουρανίων ὑπόδειγμα: Imò ipſe Chriſtus κεχωρισμένος à peccatoribus קדש קדשים *ſanctum ſanctorum* dicitur. An contrarium in ipſo themate admittat ſignificatum (nam in קָדֵשׁ Cynædo ἀρσενοκοίτῃ & קדשה proſtibulo nexus juſta eſt ratio) tàm in hâc voce nobis probatur: qvam in חסד & ברך.

6. In כנף ſignificatio eſt extenſionis, & in extenſione extremitatis ſic 1. Sam. 24, 5. 6. 7. ſic avis *alæ* Deut. 4, 19. Sic in acie, extenſio caſtrorum, vel copiarum, der rechte oder lincke Krieges-Flügel: ſic Dan. 9. על כנף שקוצים משומם Luth. Bey den Flügeln wird ſeyn der Greuel der Verwüſtung. At minus expreſſus vocum poſitus, punctatio, accentuatio: non eſt כָּנָף abſolutum: ſed כְּנַף cum Scheva-Patach, per regimen conſtructum: nec ulla ratione per accentum

conjun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

conjunctivum, illud כנף eſt á שקוצים ſeparandum : nec illud שקוצים per evidentem Spiritus S. diſtinctivum characterem, cum Mſchomem conjungendum : ſed reddendum : *Alis abominabiliſſimis præerit* (cum ſummo imperio) *devaſtator* (Titus Veſpaſianus) Bey/ oder über die Flügel der Greuel/ wird ſeyn der Verwüſter. Deniq; טמא נפש eſt qvi ex contactu cadaveris eſt pollutus : probatur ex Lev. 22,4. & c 21,1. Num. 5,2. talis enim exſulabat caſtris divinitatis, non tamen Caſtris Levitarum, nec Iſraelis, ut Leproſi & זבים. Confer & Num. 6,6. qvà נפש, qvod reſpectu formali, pro cadavere, ſeu corpore animæ contradiſtincto ſupponere, nondum concedimus. Vox autem טמא in Pihel, & impuritatis illationem formalem : & pronunciationem qvaſi forenſem notat Geneſ. 34. v. 5. 13. Levit. cap. 13. v. 3.

7. Seqvitur in v. 15. qvæſtionum Sacerdotalium applicatio. *Et reſpondit Chaggai, & dixit : Sic hic ipſe populus : Et ſic hæc ipſa gens coram me, dictum Domini, & ſic omne opus manuum illorum : & qvodcunq; offerunt, pollutum illud :* adeoq; tantum abfuit, ut ſanctificentur per ſacrificia, aliaqve opera, ut potius illa polluant hactenus, immundo contactuq; omnia fœdent. Atq; hæc publicæ calamitatis & maledictionis cauſa hucusq; extitit : in qvo ad experientiam provocat Propheta v. 6. *Et nunc adhibete qvæſo animum veſtrum* (ad opera veſtra) *ab hoc ipſo die* (qvo ædificationem templi feliciter aggreſſi eſtis) *& ſupra : ſed & adhibete animum ad tempus, qvo nondum ponebatur lapis ſuper lapidem in templo Domini,* id eſt, conferte opera & vias veſtras qvæ ædificationem templi ſuſceptam præceſſerunt, cum illis, qvæ poſt cœptam inſtaurationem vobis obveniunt : ibi fuit perpetua infelicitas : hic omnimoda felicitas. Notetur hic 1. diſtincte jubet eos animum adhibere primò ad id, qvod contigit poſt ſuſceptum ædificationis opus : deinde, ad id qvod ante : illud in membro primo : hoc in membro ſecundo. 2. ומעלה *& ſupra* reſpicit tempus incepti hujus, qvi non interrumpebatur, ſacri laboris, vel intervallum à die 24. menſ. ſexti ad 24. menſis noni à qvo die indies majorem ſenſerant benedictionem. 3. Illud, *anteqvam poneretur lapis ſuper lapidem.* Chald. ita exponit : עד לא תשם נדבך על נדבך בהיכלא דיי id eſt, cum nondum diſpoſitus eſſet ordo (lapidum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

pidum) ſuper ordinem. Sed & 4. אר— pro ער— non qvidem inuſitatum, vid. Ezech. 18, 6. 11. cap: 22, 9. qvod explicatur per על c. 18, 15. hic tamen illud minimè neceſſarium: cum lapis ad lapidem ponatur, omninò in tali lapidũ ordinatione, **ein Stein bey oder gegen dem andern**. Igitur pergit Propheta v. 17. *Ante eſſe illa* (id eſt, ante ſuſceptum ædificationis opus, ubiq; erat maledictio in omnibus terræ proventibus: nam) *veniens ad acervum viginti* (modiorum: עֲרֵמָה Ruth. 3, 7. Cant. 3, 7. ערמות ער מוה acervatim 2. Chron. 31, 7. notatur autem hoc loco השדה שראוי לשום ממנה כ׳ סאין; id eſt, *Ager unde 20. ad minimum ſata ſeu modios polliceri ſibi poterat colonus,) & fuit* (nonniſi) *acervus decem* (modiorum) *Venit* (aliqvis) *ad lacum torcularis* (ille eſt יקב Eſa. 5, 2. hinc תבואת יקב Num. 18, 30. plural. Job. 24, 11. Jer. 48, 33. Ebrei ita definiunt, qvod ſit בור שלפני הגת והיין יורד לתוכו id eſt, *fovea ante torcular, in qvam excalcatum fluit vinum) ad exhauriendum* (לחשוף per לשאוב item להוציא rectè exprimunt Rabbini: ſignificationem habet denudandi, item, in liqvidis, exhauriendi, qvod cum fit, denudatur fundus, vid. Eſa 30, 12.) *qvinqvaginta torcularis* (menſuras, vel bathos: פורה bis tantum reperitur, hic & Eſa. 63, 3. Ebrei per דריכת הענבים ביקב id eſt, *excalcaſtionem uvarũ in lacum torcularis*, Chald. hoc loco: חמשים פורה reddidit per חמשין גרבין דחמר id eſt, *qvinqvaginta menſuras vini) & fuit menſura viginti. Percuſſi vos uredine ſegetum,* (Rad. שרף adurere, vel uredine ſegetes conſumere; non niſi Geneſ. 41, 6. 23. hinc שרפה & שרפון vid. ſim. loc. Amos 4, 9.) *rubigine* (plaga ſegetum, qvando non eſt niſi conjuncta cum שרפון 1. Reg. cap. 5. v. 37. 2. Chron. 6, 28. Deut. 28, 22. Amos 9, 4. ſed & hominum, notans Icterum, morbum regium, qvo homo flaveſcit Jer. 30, 6.) *& grandine, cum omnibus operibus manuum veſtrarum: Et non vos ad me,* (hactenus converſi eſtis vid. Amos 4, 9. Hoſ. 3, 3.) *dictum Domini. Igitur ponite cor veſtrum* (adhibete animum veſtrum) *ab hoc ipſo die, & ſupra* (à die menſis ſexti vigeſim: qvarto) *â die ſc. vigeſimo qvarto menſis noni: ab illo ipſo die, qvo redinſtauratum fundamentum templi Domini, adhibete animum veſtrum.* ל Specificantis exempl. Exod. cap. 20. v. 20. Eſa. 32, v. 1. & cap. 21. v. 2. antè nomen temporis vel loci, prolongantis Eſa. 37, v. 26. למרחוק idem qvod מימי קדם uti dicitur c. 23, 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

c. 23, 7. Sic למיום jam inde à die illo Eſa. 7, 17. Jud. 19, 30. 2. Sam. 7. v. 6. Sic למבראשנה jam inde à principio, 1. Paralip. cap. 15, v. 13. Item, Michæ Cap. 7. verſ. 12. Sic hoc loco notat evidentem temporis determinationem. *An adhuc* (ſupereſt) *ſemen in granario* (vim negationis habet hæc interrogatio, id eſt, Nullum vel exiguum vobis hactenus ſupereſt in granariis ſemen: nam ſeminaviſtis multum, & reduxiſtis parum vid. ſup. cap. 1, 4.) *&* (hactenus) *ipſa etiam vitis, ficus, malus punica & oliva nondum protulit* (fructum) *at ab hoc ipſo die benedicam.* (Scil. מה שבמגורה לשישא פרי לרוב ולטובה id eſt, *id qvod eſt in granario & qvod in agro, ut ferat fructus multos & bonos.*) Meminit autem harum ſpecierum qvod illæ erant excellentiſſimæ & celebratiſſimæ ſpecies arborum terræ Iſraelis: confer locus inſignis Deut. 8, 8. ubi deſcribitur זמרת הארץ id eſt, excellentia Paleſtinæ fructuum. מגורה eſt מקום אשר ישימו שם הדגן id eſt, Granarium. Chald. אדרא *aream.* Et ſic expedita eſt Pharaſcha ſexta.

PHARASCHA SEPTIMA & ULTIMA,

à ℣. 21. ad finem.

II.

Eſt in hâc prophetia & pharaſcha ultimâ Argumentum ultimum & ſpeciale, qvod tamen & egregiè ſuperioribus argumentis, & propoſitioni principali totius prophetæ conſonat. Scilicet hactenus generalibus uſus argumentis Judæos omnes concernentibus, prophetavit על ענין הבירה: nunc על ענין זרבבל vel, cujus ille typus erat, המשיח illuſtri promiſſione ſuadet operis incepti continuationem: qvia ſc. ex tuo, ô Serubabel, ſemine tandem naſciturus eſt Meſſias, inſtaurator ille regni ſpiritualis, in qvo uno ruentibus licet omnibus externis & corporalibus regnis, pax ſpiritualis erit, & ad omnem æternitatem perennabit. ita igitur tam illuſtri argumento commodiſſimè clauditur hæc Pharaſcha, totaq; Prophetia. Duo, uti diximus, promittuntur 1. regnorum corporalium deſtructio, v. 21. 22. 23. 2. Meſſiæ ex ſemine Serubabelis oriundi in re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

glorioſa confirmatio : *Fundamentum promiſſionis* eſt נאם יהוה ter repetitum in ultimo hujus prophetiæ verſu: Factam eſſe promiſſionem illam *eodem die*, qvo prior prophetia & pharaſcha, docet verſ. 21. Specialitèr illam factam eſſe *Serubabeli* docet v. 22. memb. 1. rem ſingularem & planè mirabilem hîc prædici, docet ad deſignandum apoteleſma ſupernaturale, uſitatus Character Spiritus S. *Ecce ego potentèr commoturus ſum cœlos & terram* in membro 2. v. 22. qvam potentiſſimam *cœli terræq; commotionem* deſcribit Propheta in v. 23. *1. per corporalium regnorum*, firmamentorum item bellicorum & Inſtrumentorum militarium deſtructionem. 2. Serubabelis ſublimem exaltationem, & confirmationem in v. 24.

2. כִּסֵּא Chald. כורסי Thronum ſeu ſolium Majeſtaticum notat Eſa. 6, 1. Deut. 17, 18. כמתביה Chald. על כורסיה מלכותיה **Wenn er wird auff ſeinem Königlichen Thron ſitzen.** Antiqviſſimi Ebrei, ut patet ex eorum commentariis שרים העליונים id eſt, *principes ſuperiores*, ſeu *Angelos regnis vel imperiis præfectos*, thronos vocant. Abarb. ad Dan. 7, 9. כרשיה שביבין די נור id eſt, *Thronus ejus flammæ ignis* ſcribit: הכסאות id eſt, *Throni illi, ſunt Angeli ſpirituales, & principales, qvi præfecti ſunt regnis, & illi appellantur in verbis Rabbinorum noſtrorum* כסא חכבוד: atqve id convenit cum Apoſtolo, qvi *thronos* toties meminit in ordine angelorum. Verba הפך & שמר propinqvas habent ſignificationes. Mutatio utrobiq; notatur ſeu verſio: ſed hîc propria & primaria ſignificatio eſt mutationis per deſtructionem ſubſtantialem, eradicationem, vid. Jud. 21, 16. Deut. 4, 26. cap. 6, 4. cap. 31, 4. 2. Reg. 21, 9. Ibi vel in הפך mutationis ſive ſubſtantialis ſive accidentalis, ſignificatio eſt primaria, **verändern**/ e. c. היהפיך כושי עורו Jerem. 13, 23. **Kan auch ein Mohr ſeine Haut verändern?** Pſ. 66, 6. & 105, 29. hinc eſt, vertere ſe ut Pſ. 78, 9. *verterunt animũ*, ſc. qvem ante procaciſſimum oſtenderant: terga dederunt *in die prælij*: hinc *radicitus evertere, cũ de loco dicitur, everſione Sod. ac Gomorræ* qvæ clauſula ſæpius additur Eſa. 13. v. 19. Jerem. 49, 18. cap. 50, 40. Amos 4, 11. qvomodo miraculoſam, ſubitaneam divinamq; everſionem & πανολεθρίαν notat vid. Gen. 19, 25. & 29. Job. 28, 9. Jer. 20, 16. Deut. 29, 23. Ex his conſtabit horum prædicatorum hoc in loco ratio.

3. מרכבה

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

3. מרכבה à רכב qvod *vehi* ſignificat, vel *curru*, vel *eqvo*, vel *aſino*: hinc nomina רכב & מרכבה. Utrumq; currum ſignificat, ſed maximè militarem, ex qvo in præliis uſitato olim Perſis, Ægyptiis, Indis more pugnabant: hinc *præfecti curruum militarium*, 2. Reg. 8, 21. conjunguntur cum pharaſchim ſeu eqvitibus, vid. de Pharaone Exod. 14, 7. 8. de Siſera Jud. 4, 14. de Abſalone 2. Sam. 15, 1. De Perſis, Curtius, qvod *falcatos & haſtatos currus eminentibus ab utrâq; parte falcibus, & haſtis cum fremitu in copias hoſtiles emiſerint & magnam ſtragem ediderint* איש אל אחיו *Vir ad fratrem ſuum*, id eſt, unus ad alterum: de animatis & hominibus, Gen. 37, 18. cap. 42, 31. Exod. 10, 23. cap. 16, 15. cap. 32, 27. de re inanimata ut Cherubinis ſuper Arca Exod. 25, 20.

4. A חתם cui ſignificatio eſt munivit e. c. ut ſigillo, item obſignavit, vid. Deut. 32, 34. Eſ. 29. 11. eſt חותם in ſignificatione *munientis ſ. muniti inſtar ſigilli vel annuli obſignatorij*, vid. Job. 38, 14. **Kanſt du daſſelbe/ was feſt und ſtarck iſt/ wie ein Siegelring/ wol verändern wie Koht?** Et hâc ratione Sigillũ notat, cui inſculptum eſt *inſigne* aliqvod, *cum nomine*, vid. Exod. 28. 11. v. 21, & 39, 14. Hinc facile conſtat, qvid h. l. ſibi velit vox חותם. Adde: Filius imago eſt ſubſtantialis, & *character* hypoſtaſcos patris, cui per æternam generationem pater & nomen & totam eſſentiam interius impreſſit, adeò ut Pater ſit in Filio, Filius in Patre. *Nomen meum*, ait Deus, eſt in interiori ejus Exod. 23. Sed & de totâ Phraſi: *Ponam te*, ô Meſſia, fili Serubabelis, *tanqvam annulum ſignatorium*, id eſt, confirmabo te, tuumq; regnum majeſtaticum, ut duret coram me in æternum. Conf. Cantic. cap. 5, 6. ubi fidelis anima, vel Eccleſia Chriſto deſponſata ſolicitè Servatori ſuo ſupplicans, ſibi *qvoq; divinæ naturæ κοινωνίαν, & novi nominis* impreſſionem, mirificâ verborum dulcedine promittit. *Pone me*, ô Meſſia, *ſicut ſigillum munitum ſuper brachium tuum: nam vehemens, ſicut mors, eſt dilectio*, &c. Nec aliàs (qvod notandum putamus) hæc phraſis: *Ponere tanqvam ſigillum*, reperitur in univerſis ſcripturis. Sed & conferatur locus Jerem. 22, 24. *Vivo ego*, inqvit Dominus, *ſi Jechoniah eſſet ſigillum ſuper manum dextræ meæ, tamen ex inde evellerem te*: vid. etiam v. 28, 30. & cap. 36, 30. Ex qvo textu, de Jechoniâ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

dubitari poſſit, an *ille* in *Genealogiam Chriſti* admitti debeat: & tamen admittitur Matth. 1, 11. ubi *Joſia dicitur genuiſſe Jechoniam*, vel juxta codic. Rob. Steph. *Joakimum:* hic *Jechoniam:* ſed & an ſtante *illa Jechoniæ horibili devotione* (vid. v. 30.) *Serubabel* potuerit principiatum ſuper Iſrael obtinere, tam recenti avi Jechoniæ execratione, & à ſucceſſione ſeminis ejus rigoroſâ excluſione: Reſp. comm. Ebrei: גדול תשובה במטל את הגזרה ואת השבועה: *magna pœnitentia ceſſare fecit decretum, & maledictionis juramentum:* igitur הועילה לו תשובתו *profuit illi Jechoniæ pœnitentia, in mitigatione decreti.* Vid. hoc loco Rabbin. Notetur etiam oppoſitio: *Ego*, inqvit Deus, *robur regnorum vel qvicqvid eſt in regnis gentium robuſtum, magnificum, validum, funditus exſcindam: at te*, ô Serubabel, *ſingulariter confirmabo:* ita igitur repnorum corporalium everſio, & regni Chriſti glorioſi confirmatio pulchrè conjunguntur: ſed & verſus ultimus propter *rerum ſublimitatem* triplici *Neum* *JEHOVA* confirmatur.

5. *Quæ ad hanc ultimam pharaſcham porrò faciunt videantur in qvæſtione 6. Rabbini Abarbinelis: qvam una cum cœteris nunc ordine ſubjicimus. Igitur qværitur:*

1. *An in domo ſecundâ fuerit prophetia?*

איך אר״זל שבבית שני לא חלה נבואה: הלא ראינו שחגי נבא שם כל הנבואות הכתובות בספר הזה וכן זכריהו מלאכי:

Reſp. נבואה היתה / חסרה בבית השני לפני / אחרי שנגמר

Prophetia *fuit* / *deſiit* *in templi II.* *inſtauratione* / *perfectione.*

2. שאלה שנית *ſ. Qvæſtio 2. Qvomodo ſtare poſſit illa de redinſtaratione ſecundi templi Prophetiæ magnificentia cum præcipuarum rerum carentia?*

אם היה שהקבה סלק שכינתו מישראל בחרבן בית ראשו ולא רצה להשפיע בבית שני 1 רוח הקדש 2 ולא אורים וחמים

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

ותמים 3 ולא אש שמימי 4 ארון את כפורת וכרובים 5 שכינה כמו שזכרו חז״ל במסכת יומא למדה צורת בבנין הבית השני על נביאיו וגו׳ *qvare igitur Deus tam magnificè & ſolenniter per Prophetas juſſit ædificationem templi?*

3. *Qvomodo illa qvæ de* רעש *item* חמדת כל הגוים, & amplitudine gloriæ *dicuntur Cap. 2. 6. 7. 8. conveniant conditioni templi ſecundi?*

4. *Qvomodo proinde gloria templi ſecundi potuerit antecellere gloriam templi primi? v. 9.*

איך אפשר שהבית אשר בנה זרבבל במרת אשר נתן להם מך פרס היה יותר נכבד מן הבית שלמה:

5. השאלה החמשית) *Qvomodo v. illud: Et in hoc loco dabo pacem ſtare poſſit cum qvalitate templi ſecundi, ſub qvo vel nulla, vel incerta, vel minus continua pax fuit?*

זה באמת לא נתקיים בבית שני 1 לא בזמן הבנין על צוררי יהודה 2 ולא בימי יונים ששם היתה מלחמת החשמונים 3 ולא בימי בית הורודוס עד אחרונית השמידה ומתי נתקיים א״כ ובמקום הזה אתן שלום בזמן בית שני:

Ad has qvæſtiones partim benè: partim malè reſpondet: melius tamen omnibus cœteris, Kimchio ſcil. Aben-Eſra & R. S. Jarchio, qvorum ineptias etiam refutat. 1. *Reſp.* Illam magnificentiam vel gloriam, non conſiſtere in externâ ſecundi templi ſpecie, *illa itidem*, qvæ de cœli, terræ, maris & aridi, gentium item commotione, &c. *dicuntur magnificentiora eſſe, qvam ut intelligantur de illâ* רעש *qvæ templi ſecundi primordiis fuit proxima, vel de illa qvæ facta* eſt ſub Alexandro Magno, ejusq; Succeſſoribus, &c. *Id rectè.* 2. *Id qvod dicitur* לי הכסף ולי הזהב *non notare* auri argenti in templo ſecundo abundantiã: כי הנה כול כך לא ביהודים *rectiſſimè:* בבית השני לא היה עושר ולא בבית השים 3. *Domum ſecundam dici majorem domo primâ*, non ædificii, non durationis, non externæ pulchritudinis: *ſed* gloriæ *reſpectu: proinde erraſſe Rabbinos anteceſſores, qvi Thalmud ſecuti expoſuerint illud:* גדול יהיה כבוד הבית הזה וגו׳ *vel de*

בנין

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

בנין *ſeu* Templi ſecundi magnitudine, *vel pulchritudine vel duratione.*

6. Qvid innuatur per כבוד *item per phraſin illam :* Implere gloriâ *verſ. 8. Item qvomodo* גדול *fuerit* כבוד *poſterioris templi præ gloriâ primi, ex accurata Scripturarum collatione expedivimus. Scil. in V.T.* gloria Domini *explicatur per nubem glorioſam & divinam,* qvæ replevisse vel inumbraſſe dicitur & Tabernaculum à Moſe erectum : *& S. Sanctorum, Templi prioris cum in eo reponeretur arca : Et de illo dicitur in locis Exod. Cap. ult. 1. Reg. Cap. 8.* Et replevit gloria Domini tabernaculum, vel templum. *Ibi igitur* שכינה *illa fuit gloria ſeu ipſius Dei ſub nube præſentia mirabilis. Hic etiam dicitur :* ומלאתי את הבית הזה כבוד. *Qvanam verò gloria? Num forte nube illa glorioſâ, illuſtri divinæ præſentiæ ſigno? Minimè : ſed multo illuſtriori : (nam major erit* כבוד *&c.) qvod nullum aliud eſſe poteſt: qvam qvod* ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν *cujus* δόξα, *ſeu gloria verè fuit* μονογενοῦς παρὰ πατρός. *Qvod igitur ibi erat nubes glorioſa : hoc in templo ſecundo fuit ipſius Meſſiæ præſentia de qvo alibi Malach. Et veniet ad templum Dominus, &c. & cum Deus* מתגלה בבשר *venit in templum ſecundum, tum major fuit gloria domus poſterioris qvam prioris. Illa gloria in V. Teſt. antiqviſſimis Ebrais dicta fuit* שכינה *: à* שכן *qvod de gloria Domini ipſius ſ. Domini habitatione glorioſâ in S. Sanctorum freqvens eſt in Scripturis : in Paraphraſibus Chaldæis* Λόγον *ſeu Dei filium, ſæpè* שכינה *dici, atq; hinc eſſe, qvod Grâco verbo* ἐσκήνωσε *in explicatione illius myſterij uſus fuerit Johannes, imò qvod illum Dei filium* σκηνὴν *vocat :* Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων. καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, *Apoc. 21,3. Nam ab Hebreo* שכן *eſt Græcum* σκηνὴ *&* σκηνόω, *& coincidit ſignificatio. 4. Ut ad Rabbinum redeamus en parem qvidem nedum majorem fuiſſe, dicit,* vel magnitudinem vel pulchritudinem domus ſecundæ *cum magnitudine vel pulchritudine domus primæ.* Et licet, *inqvit,* Joſephus meminerit illam magnificam ab Herode factam domus ſecundæ redinſtaurationem, licet etiam ſapientes noſtri multa dicant de domus poſterioris pulchritudine inſigni, tamen illi non audent illam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

illam priori præferre : ſed hoc ſaltem dicunt : Herodem ad eum magnitudinis & pulchritudinis gradum reduxiſſe domum ſecundam, qvem obtinuit poſtqvam primò à Serubabele eſt perfecta. *Hæc inquam, & ſi quæ cœtera ſunt, rectiſſimè dicit ille Rabbinus, ſicut & illud, quod de pace corporali ſub templo ſecundo explicari non poſſit id quod dicitur :* ובמקום הזה אתן שלום. *Sed in applicando vel concludendo vehementer errat, dum ad* templum, *quod ſperat,* tertium, *& liberationẽ Judæorum univerſalem detorquet tam manifeſta Prophetiæ verba :* poſſem hic in confutationem argumentorum, qvæ adducit, digredi, niſi ad finem properandum.

7. Sexto igitur qværit : *quomodo Pharaſcha ultima ſtare poſſit cum ſuo complemento ? Verba ejus ſunt :* לא ידעתי נתק יימה
הנבואה הזאת. ואין לנו לפרשה על חורבן מלכות בבל
כי זה כבר עבר לפי שחגי לא נבא כי אם בשׁ׳ שת׳ לדריו׳ ׃
ולא ממלחמו מלכי פרס כמו שכתב רשׁי ורדק׃ ועוד כי מיד׃
אחר שבנה זרבבל את הבים שב לבבל ושם מת כמו
שכתב יוסף בן גוריון ואיך אם כן׳ לקחו השם ושמו כחותם
ותמהתי מהמפר שים איך עברו הזה׃ *Rectiſſ:, quod nec illud :* אני מרעיש את השמים ואת הארץ׃ *In v. 1. hujus ſectionis de bellis Perſarum &c. accipiat nec Zorobabeli convenire dicat, id quod dicitur :* In illo die ponam te Serubabel tanqvam חותם &c. conf. veram ſignificationem vocum : ביום ההוא והפכתי והשמדתי *&c. & illud : quin & quod contrarium non conveniat Serubabelis ætati, qui jam 130. plus minus fuit annorum, in templi ſecundi redinſtauratione : ſi jam de Serubabelis perſonâ, & illa quæ per translationem Monarchiæ ſecundæ ad Græcos, Authore Alex. M. facta eſt, commotione illa debent intelligi, ſequitur Serubabelem ſupervixiſſe adhuc 90. fere annos : adeoq́ mortuum eſſe anno ætatis 220. : quod præter Hiſtoriæ fidem minus probabile facit, illorum temporum ratio. Addo tamen ipſius Rabbini expoſitionem contractam : Hæc, inquit, vera eſt meâ opinione Pharaſchi hujus expoſitio :*
שהשי הודיע את זרבבל שחמלך אשר ימלוך בי שר׳ בזמן
גאולתם משיח מזרע זרבבל ומבית דוד׃ וראיה הקבלה
להודיעו כל זה כדי לנחמנו ולדבר על לבו׃ ועל זה אמר

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

ואקחך זרבבל בן שאלתיאל עבדי, ושמתיך כחותם וג׳ כי להיות מלך המיח מזרעו אמר שיקחהו: והוא על דרך מה שאמר: ודוד עבדי נשי להם לעולם: שמלך המשיח הוא והיה דוד הוא יהיה זרבבל להיותו חוטר חוטר יוצא מגזעם: *Dicit* 1. Dominum benedictũ revelaviſſe per hanc Pharaſcham Serubabeli, qvod Rex qvi regnaturus ſit in tempore redemtionis Iſraelis, futurus ſit Meſſias, ex ſemine Serubabel & domo David. 2. Hanc pharaſcham ſubiecisſe Prophetiæ, ad conſolandum Serubabelem promiſſione Meſſiæ. 3. Et de Meſſia id: Ponam te tanqvam ſigillum &c. dictum eſſe. 4. Eundem Regem Meſſiam, cum ſit ex ſemine Serubabelis non minus Serubabel dici poſſe (vel id de Serubabele dici, qvod propriè Chriſto competit) qvam alias David dicitur, propter eandem rationem generationis ex ſemine David. 5. Igitur Regem Meſſiam dici David, dici Serubabelem, qvod ſit virga ex radice vel ſtipite illorum. *Hæc inquam ſunt vera, ut doleam hominem illum in veritatis agnitæ luce, non ulterius profeciſſe, & in illum, quem nos veniſſe credimus, Meſſiam, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, credidiſſe: ſed in vanâ ſpe futuri adhuc & in templum tertium venturi Meſſiæ, animam infelicem exhalaſſe.*

8. *Noſtrum jam eſt* ψεύδεα θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος *Rabbini Abarbin. ſuo judicio noſtram religionem contradictoriorum convincentis retundere, &* τὸν ἐκ πειθμῆς ματαιολόγον ἐπιστομίζειν. *Elenchum ergo Anti-Chriſtianum ita claudit:* מפאת הטענות שעשו חכמי הנוצ׳ שזכרתי בשאלות יראה שאין לפרש הנבואה הזאת על בית שני: *Falſiſſimè hæc dicuntur: nec enim eſt conſequentia: CHRISTIANI Pharaſcham Chaggæi de* gloriâ excellentiore *& deſiderij gentium manifeſtatione, non explicant de externa & terreſtri gloriâ, vel ſplendoris excellentiâ.* *E.* Planè non explicant de domo ſecundâ, *vid. Diſp. prima & maxumè Pharaſcha* de gloria. *Pergit idem Rabbinus:* מכח הטענות שעשיתי מלבדמה שעיקרי אמונתם הם נמנעים בעצמם ויצאים מדרך המושכל מבואר שאי אפשר שמפורש על פי דעתם: *Falſiſſimè dicit* vi inſtantiarum ſuarum, impoſſibilem eſſe noſtram Chriſtianorum expli-

explicationem Pharaſchæ illius: *quam potius in Meſſiâ noſtro JESU NAZARENO exactè completam, utraq; in Chagg. Diſput. evidentèr docuimus: mendaciſſimè dicit,* fundamenta religionis Chriſtianæ ſibi ipſis repugnare: *quod in blaſphemos Judæos convenire, (quippe quibus* ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης *JESU CHRISTI, ut ita in his* ἀπολλυμένοις *ſit* κεκαλυμμένον *Evangelium, unde miſerabiles, ſibiq; contradicentes Prophetiarum* στρεβλότητες, *vid. Kimchi. Jarchi, Ab.Eſr. Abarb. in hâc Prophet.) novit, qui religionem Judæorum novit.*

9. *Sic falſiſſimè dicit* התעצמו חר׳ הנוצ׳ שלא נאמרה הנבואה על בית שני׃ *Reſp. enim: CHRISTIANI ita argumentantur:* Excellentia illa & plenitudo gloriæ, qvæ deſcribitur per Meſſiæ manifeſtationem, & Gentium potentem ad CHRISTUM converſionem, competit domui ſecundæ: at non reſpectu excellentiæ externæ, mundanæ, ſplendoris corporalis. *E.* Reſpectu boni alicujus & Excellentiæ ſpiritualis. ſcil. Manifeſtandi ſub hoc templo Regis Meſſiæ, &c. *Rabbinus autem ita argumentatur:* Excellentia illa gloriæ eſt Schechina ſeu ſplendor externus glorioſus Dei, &c. Atq; talis non fuit in domo ſecundâ. *E.* In tertiâ corporali domo ſeu templo demum ædificando. *Sic porrò, quod CHRISTIANOS illum* רעש *gentium per* קבוץ העמים לקבלת אמונתנו *explicare dicit ex parte concedimus, uti & illud quod de* גשמות עבודת הקרבנות *velut abſurdum exagitat, cui tamen* πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσι, *vid. Eſa. cap. 2. 40. 60. &c. Pſal. 110, 3. Sachar. cap. 2. 3. 6. 7. 9. &c. at illas voces: Major erit gloria hujus, hujus inquam, ipſius domus, quam prioris, &c. formalitèr de Eccleſiâ N.T. & non de templo corpotali Judaico ſecundo, nos explicare, negamus.*

10. *Sed Latinè Logicéq; videamus ipſius* בטולים העצומים *ſeu* confutationes *quas vocat,* validas. 1. Quadringenti anni non ſunt מעט זמן· At tempus, qvod interceſſit intet hanc Prophetiam, & noſtrum Meſſiam ſunt 400. anni. E. & per conſeq. non reſpicit hæc Pharaſcha noſtrum Meſſiam. *Reſp. Limit. ſubjectum vel* סתמית *&* ſimpliciter *vel* סמוכית *ſeu* relativè. *Priori ratione conceditur*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777

ceditur totum argumentum : ſed id quod educitur à Rabb. ex concluſ. אין מתחייב. *Poſteriori ratione negaiur major ſyllogiſmi. Ratio quia magnum & parvum ſunt* ἐκ τ͂ πρὸς τι, *ſeu* בגבלת הצטרפות *Scilicet à prophetiâ Jacobi de Schiloh item Davidis, de* ינון שמו, *Eſaiæ de* ילד ילד לנו *ad Meſſiam fuit* רחק הזמן*: at â Daniele, Chaggæo, poſt* μετοικεσίαν *Babylonis ſupererat* מעט הזמן *de quo Sacharias c. 9. Ecce, ô filia Zion Rex tuus jam venit: intona jam jubilos: de quo Malachias dicere potera:* Bald wird kommen der Engel des Bundes/ *&c.*

II. Qvo tempore contigir רעש Pharaſchæ ultimæ eodem & רעש Phataſchæ qvintæ. At illa tempore Serubabelis. *E. & hæc. Reſp. aſſumtiouem negavit ipſe Rabbinus in explicatione quando illam Prophetiam interpretatus eſt de Meſſiâ Serubabelis ſemine.*

III. De illo tempore eſt explicanda Prophetia, qvo data fuit pax in Jeruſalem. At tempore JESU NAZARENI non fuit pax in Jeruſalem: ſed potius קצו בשטף & כנף שקוצים משומם. *E. Reſp. Limit. prædicatum de* שלום רוחני, *de illa pace quæ eſt propria regno CHRISTI, quod eſt juſtitia, pax & gaudium in Spiritu S. quam pacem deſcripſerunt in V. T. Prophetæ ut inſtaurandam, vid. Eſa. cap. 11. cap. 60. Sachar. cap. 9. In N. T. Angeli Luc. 2. & Apoſtoli ut morte & merito J. CHRISTI inſtauratam, vid. Rom. 5. 2. Cor. 5, 16. Eph. 2, 14. talem* pacem, qvâ tempor futuri Meſſiæ in toto orbe ceſſabit bellum corporale, & omnibus religionum diverſitatibus ſublatis, omnes gentes convenient in unâ veri Dei religione *ſomniandam &* ריק *ſperandam Judæo relinquimus. Objicit præterea Rabbinus* multas CHRISTIANORUM ſectas התחלפות אמונת והדתות qvæ exceperit JESUM noſtrum. *Sed illâ id quod jam diximus falſum ſupponit: & extra* כוונת הבבראה *procedit. Nos hîc Exercitationem in Chaggæum ſecundam & ultimam claudimus.*

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 00777 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-62 4° 777